

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Historiae ecclesiasticae saeculi ... XVI supplementum**

**Fecht, Johann**

**Francofurti et Spirae, 1684**

**VD17 VD17 3:315948Z**

LXXXI.

[urn:nbn:de:bsz:31-122751](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-122751)

legis. Sed hæc prudentiæ tuæ & fidei in me committo, meque totum tibi tuisque vicissim dico. &c.

Philippus Glaferus.



LXXXI.

Eidem.

**H**Æc scribentem, accinctum itineri in thermopylas ferinas, in das Wildbad/ nihil præter aurigam morabatur, quod Excell. T. significandum eo duxi, ut si res tuæ paterentur, & valetudo postularret, eodem & ipse te me adhuc præsentem conferres. Quod si aquæ limpidissimæ tam salutare utriusque nostrum fuerint, quam optatus mihi tuus congressus est futurus: non dubitabis fore, ut & nummos & tempus quam optime collocemus. Augustæ, 1573. 20. Febr.

Hieron. Wolfius.

LXXXII.

Eidem.

**S** Prædie quam tuæ mihi redderentur, Vir clariss. Domine & amice colende, Lucas noster jam in Italiam profectus mihi & occupationes tuas tam scholasticas quam forenses & delectationes hortenses exposuerat. Quare posthac non ero tibi, nisi necesse fuerit, molestus: æquissimoque feram animo te illud *χρυσίου χρυσολιδίου* usurpare, qui cum Prisciano relicto ad Justinianum se contulisset, nullis familiarum literis rescribebat, quod diceret, pari labore se interim aureum nummum lucrari posse. Tu ergo tam magnificum nomen imitatus *καθὺς χελιάδας χρυσίου δοκῆντας* Diis hominibusque plaudentibus cumulo: quoque firmiore valetudine & vita diuturniore fruaris, in hortis tuis suaviter, cum licet, requiescito. Quam *ἰσημερίαν* ita tibi invideo, ut me suavissima consuetudine tua carere doleam. Sed & hæc & alia graviora mihi sunt & æquo & magno ferenda animo, *ἵνα μὴ κείνη φιλοσοφία τις ἢ καὶ πηλολογικὸς φαιδύμια*. De Mathematico, quæ scribis, grata sunt. Sed is, quem designasti, non erit nostri palati: & speramus, nos alium habituros, ad omnia paratiorem. *Τὸς Αὐτοκρίτους τῆ ἀρχαίτης Δεῖ ἰσπερίωρη, μετ-*

15716